

Sermo

missum. **P**rimo itaq; qualitatem muneris ostendit cum dicit. **U**isus est enim. i. spiritum sanctum in specie ignis. De quo **Luce. xij.** **I**gnem veſ mittere in terram
In triplici specie legitur spiritus sanctus apparuisse. s. in columba. i. nube. 7 in igne. **E**t hoc propter tres status fidelium quibus muneris sui gratiam impartitur. **I**n baptismo siquidem apparuit in columba que caret felle ad minus in opere ad designandum q; in baptismo remouetur ab homine amaritudo peccati. 7 infunditur dulcedo anime ex fonte omni boni qui. baptismum sanctificat. 7 donis gratie eam. i. animam locupletat. **V**nde psalmista. **F**luminis imperus letificat ciuitatem dei. i. animam baptisati. tunc etiam baptisatus ad modum columbe euadit unguis accipitris. id est diaboli in aquis baptismatis. sicut filij israel euaserunt manus pharaonis in mari rubro. **E**xodi. x. **R**econciliatur etiam deo 7 ecclesie post remissionem peccati. **V**nde 7 columba in signum reconciliationis 7 pacis retulit ramum oliue virentis ad archam post cessationem diluuij **Genesis. v.** **I**n transfiguratione apparuit in nube. ad idem signandum q; transfiguratus per penitencie sacramentum prebet refrigerium contra carnalis concupiscentie incentiuum. **V**nde psalmista. **T**ransiuius per ignem 7 aquam. **Danielis. iij.** **S**ig 7 mirabilia fecit apud me deus excelsus. **E**levantur quoq; ad modum nubis de terra per appetitum celestium 7 implentur aquis compunctio nis ex recordatione peccatorum sua

Septuagesimusquartus

rum. **V**nde **Jeremie. x.** **A**d vocem tuam dat multitudinem aquarum in celo 7 e leuat nebulas ab extremis partibus terre. **E**t notandum q; aque maris mutant saporem in nube. q; penitenti amaritudo compunctio nis vertitur in dulcedinem consolationis. **V**nde psalmista. **S**ecundum multitudinem dolorum meorum in corde. 7 **Mathei. v.** **B**eati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. **I**n penthecoste apparuit in igne. ad signandum q; perfectos 7 spirituales viros illuminat ad cognitionem veritatis. inflammat ad amorez bonitatis. consolidat ad toleranciaz aduersitatis. **V**nde dicitur **Ecclesiastici. xlij.** **R**adios igneos exufflans 7 refulgens. radijs suis obcecat oculos. **T**riplaciter sol exurit montes. i. perfectos viros igne. s. spiritus sancti. illuminando rationem. accendendo voluntatem. corroborando infirmitatem. **T**aliter autem corroborati hodie apostoli ibant gaudentes a concilio. qui primi in passione fugerant pre timore martirij. **S**ecundo ostendit vnde missus fuit ignis. cum dicit. de excelsis. i. a patre. sic ipse ait. **Iohannis. xvi.** **Q**uem ego mittam vobis a patre. **Jacobi. primo.** **O**mne datum optimum 7 omne donum perfectum desursum est descensum a patre luminum. **D**icitur autem pater excelsus propter auctorez principij. q; ipse a nullo est 7 alie persone filij 7 spūs sanctus existunt ab eo nec propter h; ponitur ordo dignitatis in trinitate vt pater maior sit filio seu spūs sancto. sic asserunt quidam heretici. h; est ibi ordo nature. sic ait beatus **Augu**